

citati XI. Ad Examen Academicum missi sunt; d. 20. Jul. A. 1700. ad Dn. Ephorum Io. Sigmund Dürsfeld / & paulo post Jo. Ludwig Schauer / d. 1. April. A. 1701. ad eundem Christian Fris / & Jo. Melchior Albrecht. Fiscus habuit in Choro Musico 168. fl.

Atque haec de fortuna Ill. Gymnas. Schleusingensis quinquennali sufficient. Ut enim mecum quilibet facile videat, longe plura superesse, uti sunt de priuatis lectionibus, de tot extraordinariis specimenibus Ebraeis, Graecis & Latinis, Oratoriis, Poeticis, aliisque: tamen & huiusmodi non praetermittentur alio tempore locoque, si Deus voluerit, & chartam nos aliquando nacti fuerimus ampliolem. Nunc simul ac allegaui VIROS, qui inspiciendo, prouidendo, docendo per quinquennium hoc praeterlapsum Gymnasio adfuerunt; ubi adduxero lectiones publicas, quae toties a me literis consignandae expetuntur: & ipsos denique adolescentes, quibus splendidum Communitatis beneficium eodem hoc quinquennio ex Indultu Clementissimo datum est, statim me ab omni occupatione expediam, ad imitationem praesertim progressurus.

I.
DN. EPHORVS & PRAECEPTORES GYMNASII

a d. IX. Jun. 1696 -- d. IX. Jun. 1701.

DN. Fridericus Ernestus Weis / nunc S. Theol. Doctor, eiusdemque in Gymnasio Professor, Ecclesiae Schleusingensis Pastor & Dioeceseos Superintendens, Gymnasii quoque Ephorus & Bibliothecae Gymnasii Inspector, Vir multo meritissimus spectatissimusque.

M. Godofredus Ludouici, Rector.

DNN. M. Christian Juncker / ConRector.

Io. Georg Hoffmann / Collega III.

Io. Ernestus Welsheimer / Collega IV. & Alumnorum Communitatis Inspector. †

† Successit Is d. 16. Jun. 1700. Dn. M. Georgio Iacobo Golnero, Sulam ad Rectoratum vocato.

Jo. Stemler / Collega & Cantor.

Jo. Nicol Koch /

Henr. Adolph Himmel / } Collegae

Jo. Hannebaum / † }

† Successit Is d. 14. Mart. A. 1701 Dn. Io. Valentino Dietmar, beate d. 10. Febr. A. 1701. mortuo.

II.
LECTIONES PVBLICAE ILL. GYMNASII SCHLEVS.

ut in Albo habentur, eademque Classium I. II. & III., cum reliquarum pensis non liceat ob penuriam chartae addere;

Lectiones Classis Primae.

- | | | | | |
|--|------------|---------------------------------------|---------------------|---------------------|
| 1 Dicta Classica ex Compendio Hutteri, Dn. Ephori. | | | | |
| 2 Compendium Theologicum Hutter. B. Classis, & Aug. Conf. | } Rectoris | 13 Officia Ciceronis | } Dn. Con-
Rect. | |
| 3 Analysis Evangel. & Epp. Logico-Practica. | | 14 Ouidii libri Tristium & de Ponto | | |
| 4 Tabul. Logicae Ludouicianae | | 15 Nouum Test. Graec. | | |
| 5 Ex Reyberi Margarita Philosophicae disciplinae, Geometria, Astronomia, Geographia, Metaphysica &c. | | 16 Orationes Ciceronis selectae. | | |
| 6 Bunonis Idea historiae vniuers. | | 17 Epistolae Ciceronis ad familiares. | | |
| 7 Dieterici Rhetorica | | 18 Arithmetica Reyb. | | } Dn. Coll.
III. |
| 8 Hesiodus | | 19 Plutarchus π. π. α. | | |
| 9 Virgilius | | 20 Exercitium Musicum cum. | | } Dn. Cantoris. |
| 10 Psalmi Hebraei Analysis & Horologium Schickardi Hebr. | | | | |
| 11 Exercitia styli soluti & ligati in lingua triplici, Hebraea, Graeca & Latina, add. Eleg. Reyberi. | | | | |
| 12 Exercitium disputatorium hebdomadarium | | | | |

* Praeter publica styli vtriusque soluti & ligati specimina hebdomadaria, quae singula singulorum Auditorum Rector vel publice vel domi per hebdomadam corrigit, Idem mensura elaboranda tradit; Orationes nempe, Chrias, progymnasmata, Epistolas &c: atque haec corrigere iterum tenetur & condere.

** Quolibet vero trimestri publici Actus Declamatorii habentur: quotannis plerumque a Dn. Ephoro quatuor dispp. Theologicae, a Rectore duae, Ethicae vel Logicae, a Dn. ConR. totidem Oratoriae, hoc nimirum ordine a SER. NVTRITORIBVS praescripto, publice eduntur & defenduntur.

Lectiones Classis Secundae.

- | | | | |
|---|---|---------------------|---------------------|
| 1 Dicta Classica ex Compendio Hutteri, Dn. Ephori | 10 Nou. Test. Graec. | } Dn. Con-
Rect. | |
| 2 Compendium Theologicum | 11 Oratoria Dieterici | | |
| 3 Psalmus Hebraeus cum Horolog. Schick. | 12 Grammaticae Gr. Reyberi repetitio | | |
| 4 Rhetorica Dieterici | 13 Exercitia styli ordinaria & extra-ord. Latino Gr. in prosa & ligata. | | |
| 5 Epistolae & Euang. Festiu. & Domin. | 14 Theognis | | } Dn. Coll.
III. |
| 6 Dicta Classica Graeco-Germ. | 15 Plutarch. π. π. α. | | |
| 7 Epistolae Cic. ad fam. | 16 Arithmetica Reyb. | | } Dn. Cantoris. |
| 8 Orationes Ciceronis selectae. | 17 Exercitium Musicum | | |
| 9 Ouidii Libri Tristium & de Ponto | | | |

* Tria per hebdomadam exercitia styli soluti proponit Dn. ConR. corrigitque singulatim. Quartum est metricum.

** Iunguntur in nonnullis lectionibus Primari & Secundari, quare & nonnullas heic repeti vides, L. B.

Le-